

§. Aber die Form *ic. L. 26. C. d. Testam.* So halten Wir aus diesen und andern im Bericht weitläufftiger angeführten Ursachen davor, daß dieses Testament als ein *nuncupatium* zu Recht beständig sey.

Nec non iam olim *ICTi Rostochiensis* apud *COTHMANN.*
Vol. V. Resp. XX. n. 209. verbis :

Ex quo consequitur, voluntatem illam, si vel maxime in vim testamenti scripti sollemnis non subsistat, ut nuncupatium valere. Quod etiam testator inde satis testatum fecit, quod voluntatem suam ultimam, et imprimis heredem palam nuncuparit, et proximum agnatum sibi successorem delegerit, quemadmodum copiose probauimus Responso VII. Denique id ita esse, testamenti nouissimi inspectio ocularis aperte comprobat, cum in testium septem ad id rogatorum praesentia factum et conditum sit : quod in istiusmodi testamento sufficit L. heredes palam D. qui test. fac. poss. L. hac consultissima L. per nuncupationem L. iubemus C. de Testam. et ibid. interpp.

XXXII.

Ex his ergo commendanda videtur cautela practica, quod testator, etiamsi in scriptis testari velit, tamen testibus insimul praelegat ultimam suam voluntatem, aut praelegendam curet, atque sic palam heredes et nomina legatariorum coram testibus edicat ac nuncupet (nisi forte alias habeat causas, propter quas secretum esse velit suam ultimam voluntatem.) Hoc ipso

E 3

enim